The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

Cupiditas ai

cum fontibus proximo et primis

Fortissima pestis est cupiditas
que solet egenos facere quos capit,
dum finem querendi non inuenit.

quare Seneca dixit:
“Ferocissima cupiditas pestis est,
quae solet egenos facere quos capit,
quia finem quaerendi non invenit”.

Omnia possidemus *quecunque non cupimus*;
est enim ferocissima pestis cupiditas,
que solet egenos, quos capit [*edit*., cepit] efficere,
dum finem inquerendi [*edit*., requirendi] non invenit.

Anonymus, *Alexandri magni Macedonum et Dindimi Bragmanorum regis per litteras pulcherrima collatio* (PL 101, col.1367C).

Nam altera cupiditas ex alterius fine nascitur,

“Altera enim cupiditas ex fine alterius nascitur.”

Qualem dicimus seriem esse causarum
ex quibus nectitur fatum, talem esse * * *
cupiditatum: altera ex fine alterius nascitur.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 19.6 (L. Reynolds ed., vol.1, p.51, ll.16-18).

et ideo
fortior est qui cupiditatem uincit quam qui hostem subicit.

Ibidem (Seneca in epistola).

Quare idem ait:
“Fortior est qui cupiditatem vincit, quam qui hostem subicit”.

Albertanus Brixiensis, *Liber consolationis et consilii*, 13 (T. Sundby ed., p.37, ll.14-20).

Fortior est qui cupiditatem vincit, quam qui hostem subicit.

Auctor incertus, *Liber qui vulgo dicitur de moribus*, 81 (E. Woelfflin ed., p.143).